Heiligenkreuz (?), Wende 13./14. Jh. (?) Seite 48v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30417
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

nari ad dispensacionem ministerij huius. Oportet enim non minus litterarum quam religiosum esse. Vt zelum dei habeat. et secundum scientiam. cum indiscreta religio magis obesse soleat quam prodesse. Litera tui autem ideo. ut scias quid iniungat. tu parcat. cum parcere debeat. quam consolacionem preferat de scripturis. Religiosum uero ideo. ut puras manus leuet ad deum. et pro peccatorum fiducialiter intercedat. Videat autem ne vnquam de hijs que sub signaculo confessionis accepit. aliquam faciat mencionem. uel alitu loquenti consentiat. Caueat etiam ne vilescat in conspectu eius. qui ei suam vilitatem ostendit. nec sit suspectus. nec de preterita futuram vitam estimet peccatoris. Quod si fortuitu de hijs que in confessione suscepit. causa coram eo fuit ventilata. non tamen cecus in parte declinet. sed quasi nesciens iudicium ordinem permittat excurrere. habeat autem in uoluntate opari et liberare eum. et nitatur aliquid detrahere seueritati. imitans dulcedinem domini nostri. de quo dicit scriptura. Cum fecisti iudicium meum et causam meam. Sed pro dolor temporibus nostris. per uniuersum mundum pestilencialis morbus excreuit. ut preferantur ecclesiis. quos nec sciencia nec uita commendat. ceci duces cecorum. et precipitati. et in precipicium producentes. Audiuimus de confitente et de confessionem suscipiente. audiamus nunc que sint que impediant confessionem. Quantum colligere possumus. iij. precipue occurrunt. pudor. timor. spes. desperacio. Suchil forci ad expugnandam gratiam dei. quam pudore humano. quia dum erubescimus confiteri quod omnium deum minus quam hominem reuerimur. Hec est confusio adducens peccatum. Opponamus ergo ei consideracionem racionis. reuerenciam iniuriis dei. operacionem maioris confusionis. Vt enim confiteamur ratio monet. dos cogit qui uidet. Et si confundimur hec dicere. quid erit in illa magna confusione. vbi omnia omnibus patebunt. Timor autem plerosque opprimit. ne quorum penitencia prestant. et preferre non possint. Vere qui timet pruinam. urtuet super eum nix. Hic considerandum quam grauis sit pena iehenne. quam longa. quam infructuosa. Econtra autem penitencia presens. leuis. breuis. et fructuosa. Spes autem multos obruit. qui dum bona presencia cupiunt. apire consciencias suas nolunt. ne si quales sunt hominibus appareant. ad nullam presentis uite dignitatem ascendant. Quibus inculcandum est. quia bona huius sedi parua sunt.

De confessione.

iudicium